



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Resolutorium dubioru[m] circa celebratione[m]
missa[rum] occurrentiu[m]**

Heynlin, Johannes

Colonie, 1501

VD16 H 3452

vi De eo qui est in peccato mortali

urn:nbn:de:hbz:466:1-34702

Capitulum

- scientiam probari potest. Est autem tempus probationis arbitrarium iuxta discretionem prelati pensantis circumstantias persone vel dignitatis vel alia huiusmodi
- Dubium** **vi**
Solo. Utrum aliquis sacerdos existens in peccato mortali possit conficere hoc sacramentum et licite celebrare.
Solo. Conficere potest sed non debet. quia profecrando peccat mortaliter. Unde cum talis celebrat duo peccata mortalia distincta committit. Unum quod indigne consecrat. aliud quod indigne sumit.
- Dubium** **vii**
Solo. Utrum celebratur? teneat esse certus quod non sit in peccato mortali.
Solo. Triplex inuenitur certitudo. Quedam supernaturalis. que per solam diuinam reuelationem habetur. et talis hic non requiritur. Alia est naturalis qua quis per sensum vel intellectum euidenter certus est de aliquo. et illa etiam hic non est necessaria. Tercia est moralis siue civilis. que nec habetur ex reuelatione diuina. nec ex euidentia rei. sed ex probabilibus coniecturis magis ad unam partem quam ad alteram inclinantibus. et ad istam tenetur celebraturus in proposito dubio. ut scilicet post diligentem et sufficientem conscientie discussionem (de qua infra capitulo sexto articulo primo) certus sit modo predicto se non esse in peccato mortali. et hec certitudo hic etiam sufficit.
- Dubium** **viii**
Solo. Quid sentiendum sit de eo qui licet non sit in peccato mortali. tamen sine conscientiam scrupulosam estimat se esse in peccato
Solo. Talis debet vel conscientiam scrupulosam deponere. vel desinet a celebratione cessare.
- Dubium** **ix**
Solo. Quid agendum sit si sacerdos postquam missam incepit vel ad incipiendum preparatus recordatur peccati mortalis de quo non est confessus
Solo. Talis debet penitere cum proposito confitendi et satisfaciendi. et si habere possit confessorem statim confiteatur. nisi hoc absque graui scandalo fieri non possit
- Dubium** **x**
Solo. Utrum perpetrans peccatum luxurie et statim post hoc penitens et confitens possit licite illo die celebrare.
Solo. Non licet. sed abstinere debet ad minus per viginti quatuor horas. ut supra dictum est in articulo. ij. de polluto pollutione nocturna
- Art. y.** ¶ Resoluit septem dubia que occurrunt circa ieiunium. sobrietatem et somnum ministri celebraturi
- I**
Solo. Utrum sacerdos non ieiunus possit conficere et celebrare.
Solo. Duplex est ieiunium. Unum est ecclesie. quo scilicet quis unam comestitionem unius diei non transgreditur. et hoc non soluitur per sumptionem medicine vel aliorum que non nutriunt dummodo in parua quantitate sumantur. Tale ieiunium non sufficit celebrandi. Aliud est ieiunium nature. quod est priuatio cuiuscumque suscepti in stomachum vel viam ad stomachum occupans per modum cibi et potus. siue nutriat siue non. vel per se vel cum alijs. Suscepti dicimus a principio diei a quo quis dicitur ieiunus. hoc est a mediano nocte. et tale ieiunium requiritur ad celebrandum. Unde si quis non